

III. von KeppeL.

von KeppeL 1.

[1]

I. - 15.  
1272 Sept. 22 Herford.

Ministerialentausch zwischen Abtei Herford und Stift Münster.

Pinnosa dei gracia . . abbatissa ecclesie Hervordensis . . universis presens scriptum visuris notum esse cupimus, quod nos Cunegundim uxorem Hermanni de Ghimmetha militis quondam ecclesie nostre ministerialem dedimus ecclesie Monasterensi in ministerialem, recipientes Margaretam dictam de Tye ab eadem ecclesia, cuius ipse olim ministerialis fuerat, in ministerialem nostre ecclesie paris permutationis tytlo pro eadem, quod presentibus protestamur. Actum Hervorde anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXX secundo in die beati Mauricii martyris et sociorum eius.

Orig. Siegel abgefallen, auch Siegelschnur abgerissen.